

ABB. JO. BAPTISTÆ  
PACICHELLI I.C.

E X

Regali Parthenopæo

Theologorum Collegio

DETINTINNA BULO

N O L A N O

LVCVBRATIO AVTVMNALIS

I N Q V A

D. Paulini, & cuius'ibet  
Sacro-profanum

Aes Campanum Juridicè,  
ac Philologicè.

Indice cum gemino.



NEAPOLI Anno M. DC. XCIII.

Ex Officina Camilli Cavalli.

Superiorum permisso.

Sumptibus Michaelis Aloysii Mutii.

Eminentissimo , ac Reverendissimo .


— P R I N C I P I  
J O : F R A N C I S C O  
S. R. E. C A R D I N A L I  
A L B A N O.

J. B. Abb. Pacichellius F.

**T**VO, quod antea longè per  
Orbem affonuerat, omni-  
bus numeris eximio , in-  
scriptum Nomi ni, in lucem pro-  
dire *Nolam meum* , rude for-  
san , ac impolitum Opusculum ,  
patieris *Eminentiss. Princeps. Vir-*  
*tutum* qua , iure proprio genus  
præclarum supergresso , polles  
Harmonia, non in *Pontificio* tantū  
*Aere* sita , verum & *Apostolica-*  
*m Aedium* limine laudabiliter  
præterlapso , ubique Terrarum  
divagatur, ac bene auditur . Sic  
Procellum mentes ad perennem

a z cul.

V E R B O P Y B L I P T I



1

A B B. J O: B A P T.

P A C I C H E L L I I

D e Tintinnabulo Nolano .

C A P U T I.

*Auctoris Idea . Tintinnabulorum,  
species Etnicis usū receptæ , ad  
Fideles olim translatae.*

**V**OCEM suscepiti communio-  
rem, institutæ materiæ Titu-  
lum dedimus: eamque , ut  
graves (Principum Imperio) tule-  
runt curæ , dulciori suborta tempe-  
state , Autumnalibus tantum, Roma-  
nis exaravimus Vigiliis . Libuit enim  
arrepto Itinere , sacros rursùs , pro-  
fanosque Auctores percutrere ; quasi  
racemos post aliorum Vindemiam  
colligere , selectaque, nocturna , ac  
diurna manu versare, Librorum pen-

A

sum